

Johann Ludwig Engel

Programma Fvnerale, Qvo Rector Academiae Rostochiensis, M. Iohan. Lvdovicvs Engel ... Ad Evndvm Exeqvias, Matronae ... Dominae, Annae Margarethae Knesebecken, Vidvae, Qvam Vir ... Dominvs Hans Goltermann, Senator Civitatis Rostoch. Meritissimvs, Et Mercator Florentissimvs, Fato Concedens Reliqvit, Honestissimae, A M aestissima Familia Hodie, Hoc Est, Die XXIII Mens. Septemb. A. O. R. MDCCXXXVIII, Paratas, Omnes O. O. Cives Academicos Officiose, Hvmaniter, Ac Peramanter Invitat

Rostochii: Typis Ioan. Iacob. Adleri, [1738]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1794185070>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Proboten Proboten-Programme, meist
Todesfälle in Proboten Eingewanderten Familien bzw.
Größen Heil und dem nächsten Jagdgebiet.
Ordnungsbuch geordnet.

Litr. A — H.

Im Juni 1859 und dem Neßlerß des Graf. Hofrat Piper
zu Güstrow erworben.

(Zinsen und die Familien v. Klein, v. Kravitz u. a.)

82 Stücke

Mklb Gen

2/3I-40



Revis.
1833

F. A. Aepinus, + 1758.

A. Ahrend, + 1730.

Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.

Cath. Ampel, vid. Kleinpi, + 1725.

Magd. Brand, ux. O. P. Möleri, + 1733.

J. H. Balke, + 1778.

J. H. Becker, + 1774.

P. Becker, + 1753.

J. J. Bentzen, + 1725.

Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.

Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.

Ch. M. Steven. Ross, + 1742.

V. J. Besselin, + 1755.

Cath. Bloeksdorff, vid. Viet. Puffer,

+ 1715.

Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.

Ch. M. Burchard, + 1742.

Jac. Burgmann, + 1724.

J. H. Burgmann, + 1746.

J. P. Burgmann, + 1775.

J. Carmon, + 1743.

J. H. Carstens, + 1731.

J. F. Celle, + 1729.

P. Ciese, + 1746.

Ann. Cath. Coeh, + 1726.

G. Crause, + 1723.

Ch. Crule, + 1748.

J. F. Crull, + 1757.

J. A. Curtius, + 1740.

J. Ch. Dancwarth, + 1755.

Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.

G. Deharding, + 1747.

Georg. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.

Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.

Ch. Doercks, marim. Nettelblatt, + 1753.

Marg. Doercks, marim. Lief, + 1755.

J. A. Duve, + 1728.

Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,

+ 1743.

Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.

Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.

J. L. Engel, + 1758.

H. A. Engelen, + 1734.

H. Ch. Engelen, + 1742.

J. F. Eyllers, + 1749.

Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.

Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,

+ 1742.

Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.

P. Gerling, + 1778.

H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Kleins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepäus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Holsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Jörck, + 1728.

Joh. Joach. Jörck, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Hoppen, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

43
PROGRAMMA FVNERALE,

QVO

RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

M. IOHAN. LVDOVICVS *Engel*,

PHIL. RATIONAL. PROF. DVC. ORD. FAC. SVÆ HOD. DECAN.

AD EVNDVM EXEQVIAS,

MATRONÆ

PRÆ-NOBILISSIMÆ, OMNIQVE INSIGNIVM
VIRTVTVM DECORE FVLGIDISSIMÆ

DOMINÆ, ANNÆ

MARGARETHÆ

Snesebecken,

VIDVÆ, QVAM

VIR PRÆ-NOBILISSIMVS, AC PRVDENTISSIMVS,

DOMINVS

HANS GOLTERMANN,

SENATOR CIVITATIS ROSTOCH. MERITISSIMVS, ET
MERCATOR FLÖRENTISSIMVS,

FATO CONCEDENS RELIQVIT,

HONESTISSIMÆ,

A MŒSTISSIMA FAMILIA

HODIE, HOC EST,

DIE XXIII MENS. SEPTEMB. A. O. R. MDCCXXXVIII,

PARATAS,

OMNES O. O. CIVES ACADEMICOS

OFFICIOSE, HVMANITER, AC PERAMANTER
INVITAT.

R O S T O C H I I,

Typis IOAN. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPOGR.

PROGRAMMA FVNERALE

M. JOHANN. LEVDOWICVS


AD EVNDVM EXCVSAS

MATRONAE

TRAE NOBILISSIMAE, OMNIVS INSGNIVM
VIRTVVM DECORE FVGERISSIMAE

DOMINAE ANNAE

MARGARETHAE



VIR TRAE NOBILISSIMAE, AC PRVDENTISSIMAE

DOMINAE

HANS GOLDFERMANNS

SENATOR CIVITATIS ROSTOCKE MRRITISSIMVS, ET

PRATOR FVNDIVS

HONESTISSIMAE



A MRRITISSIMAE FAMILIAE

DIE XXIII. MRRIS. SEPT. ANNO R. MCCCLXXXIII.

CVRIVS O. O. CIVIS ACADIVS

CVRIVS R. MARRITAE AC R. MARRITAE

ROSTOCKE
Typis JOHANN. IACOB. ADLERI, SENEN. FRVNC. & ACAD. TYPOG.



MATRONÆ *Præ-Nobilissimæ* quondam, longe-
 que *Præstantissimæ* DOMINÆ ANNÆ MAR-
 GARETHÆ *NESEBECKER*, *Viro*, dum
 viveret, *Præ-Nobilissimo* ac *Prudentissimo* DO-
 MINO HANS *GÖSECKMANN*, *Senatori*
Civitatis Rostochiensis præclare merito, & *Mer-*
catori Spectatissimo, suavi connubio junctæ, memoriam literis
 consignare, apud animum constitutum habemus. Scriptio
 hæc ejus est omnino generis, quæ ratione non una commendatur.
 Testantur suum amorem pietatemque, qui eandem efflagitant honeste,
 ac aliorum, præsertim tamen suorum, memoriam scriptam, & vel ultimæ
 posteritati sic commendatam volunt. Præcipuo autem defunctis cedere
 honori, si maneant nomen laudesque, nec cum decedentibus ipsorum
 simul, quæ recte beneque fecerunt, intereat notitia, quis quæso est, cui
 non sit maxime perspectum? Præterea non exigua est utilitas, quam ex
 legendis aliorum, maxime bonorum, vitis capiunt plurimi, iique tum bo-

ni, tum mali. Illi quidem, ut in virtutum stadio, in quo decurrere præclare cœperunt, strenue pergant, quum aliorum recte facta, ante oculos posita, calcar addant; hi autem, ut in pudorem dentur, optimisque virtutum exemplis excitati & exstimulati, una cum optimis quibusque alacriter contendant. Num vel Cæsar olim Cæsar exstitisset, si minus legisset facta Alexandri? Nos vero, ut in proposita exempla piorum pie intueamur, ipsa quoque monet sacra scriptura,

Quamquam igitur genus illud scribendi, quod innuimus, eo totum abit, ut optimorum quorumque post funera virtus superstes maneat, debitisque celebretur laudibus; tamen quid aliud, nisi telam vitæ mortisque explicandam, complectitur? Etenim ea est hominum, post lapsum primi parentis, natura & conditio, ut, cui nasci contigit, ei mori restet: estque omnium facile iudicio, tam difficile dictu, quam quod difficillimum, quid discriminis vitam inter & mortem intersit. Sororio vinculo vita morsque junctæ sunt: pari passu ambulant. Idem certe, quod sibi ceterisque Apostolis, specialiori licet ratione, tribuit d. Paulus, mori scilicet ipsos quotidie, cur de universo hominum genere pronunciemus, maxima causa subest. Morimur quotidie, singulis momentis ad ultimum illud vitæ momentum propius adcedentes: omnisque vita nostra nos ad mortem disponit, & est præceps ad eandem adcurfus recte dicenda. Verum enim vero, si modo nos duobus istis, scilicet vita acta bona, morteque pie expectata, & beate superata, commendamur, nihil omnino vel ad nostram laudem, vel ad eorum, qui se emendari patiuntur, instructionem deest.

Itaque jam de laudabili vita nostræ *beate Defunctæ* primum exponemus. Nata est ea superioris seculi anno LXIX, mense Aprili, Rostochii. Quibusnam vero claris eximiisque parentibus & majoribus orta? Equidem, quum de eximiis clarisque quærimus, calculum non adjicimus iis, qui alienarum laudum præcones ita existunt, ut laudem aut omnem, aut certe nimiam in eo ponant, si longam possint excirare seriem præclarorum majorum, a quibus, quos instituunt laudare, descendant. Tantum enim abest, ut nos suspiciamus, qui sola generis, nulla suæ virtutis nobilitate clarescunt, ut potius hos nauci faciamus, eos demum omne punctum ferre iudicantes, qui propriis gaudent meritis, si vel nulla sibi ex patrum virtute, nominibusque gloria adcesserit. Nobis hoc sensu non propria, sed laus aliena sordet. Num colimus eos, quos fucis occultare vitia corporis suamque deformitatem, novimus? Ita nec laudemus, quibus fucis loco gloria majorum adhibenda est. Interim tamen, uti miramur lunam, quamvis non suo, sed solis lumine refulgentem: ita certe splendor, a majoribus derivatus, non est nullus, si eo coruscent posteri laudibus omnino digni. Ipsi præterea nobili stirpi generique claro creditur aliquid inesse eximium, quod bene natis ad præclarissima quæque indolem adspirat, ut inde non levis prærogativa sit, ex fece plebis ortum minus duxisse. Immo certe est inter beneficia divina referendum, si laudatissimos atque præclaros habeamus parentes. Atque hinc est, quod de optimo genere, quo Beata nostra nata fuit, rogitamus.

Habuit autem Patrem *Virum Præ-Nobilissimum ac Prudentissimum, DN. CHRISTIANUM RINGEBER, Senatorem inclytæ nostræ civitatis, ac*
Came-

Camerarium primum, per longe plurimos annos optime promeritum, donec emeritus esset, quippe qui currentis seculi IV. decessit anno, jam inde a seculi superioris anno LXII. ampliff. Senatus collegio adscriptus. Matre gavisa est Matrona Præ-Nobilissima, omniumque Virtutum decore summe conspicua, MARGARETHA SEBESSEN. Avum, eumque paternum suspexit Virum Spectabilem ac Præstantem DN. HENRICUM RNESEBEC, Civem Rostochiens. honoratiorem, & Mercatorem florentissimum; aviam vero paternam ELISABETHAM PRÜSSEN, Matronam ornatissimam. Avum, eumque maternum est venerata Virum Præ-Nobilissimum Strenuum ac Prudentissimum, DN. ZACHARIAM SEBESSEN, Senatorem Rostochiensem meritissimum, simul etiam Capitanei titulo conspicuum, siquidem eum militiæ rebusque bellicis præfecerunt; maternam vero aviam Wendulam Wedigen, feminam omni virtutum ornatu maxime splendidam. Proavos jam nominamus, eorumque uxores, Beatæ nostræ proavias. Scilicet avi paterni parentes fuere Vir Amplissimus atque Nobiliff. DN. PETRUS RNESEBEC, Serenissimi Mecklenburgensium Ducis, DN. ADOLPHI FRIDERICI, glor. memor. Præfectus Dobberanensis spectatissimus, hujusque uxor, SARA BUNNOWEN, Matrona laudatissima. Avia autem paterna orta fuit Viro Præstantiff. ac Honestissimo, NICOLAO PRÜSSE, Cerevisiario, Civeque primario inter Rostochienses, hujusque conjugæ, SARA HUNDENMARKES, femina virtuosa & optima. Hic ad lineam quod adinet maternam, proavus alter, isque ex parte avi materni, contigit Nostræ Vir Præstans ac Honestissimus, JOHANNES SEBESSEN, Civis atque Negotiator Cellerfeldensis, in Ducatu Luneburgico-Wolffenbuttelensi, felicissimus; proavia MARGARETHA THOLEN, virtuosissima femina. Alter vero proavus, isque ex parte avi maternæ, extitit Vir Nobiliff. Ampliff. & Prudentiff. DN. JOACHIMUS WEDIG, Senator de civitate nostra Rostoch. præclarissime meritis; proavia WENDULA REEBERTS, femina virtutum laude nulli secunda. Quum porro sit notitia quædam atavorum ac ataviarum ad hos quoque liceret adscendere; verum nolumus, ut a vera gloria, qua Beatam nostram cupimus ornatam, omnis longissime absit vana, quæ vel videri poterat, gloriatio.

Prima jam cura, qua partui recens edito prospexerunt optimi parentes, in eo posita omnis fuit, ut hoc sui amoris pignus danti redderetur Deo, inque certissimam salutem ordine, divinitus præscripto, gremio ecclesiæ concrederetur. Præcipua quædam est, maximaque felicitas, nasci parentibus, qui Christo nomen dederunt. Patet ipsorum natis non modo aditus ad beatissimum regnum Dei: certe enim patet hic omnibus, qua orbis terrarum patet; sed ea quoque prærogativa est, ut omnium certissime, &, quum primum nati sunt, cœtui sanctorum adscribantur. Qui quidem adcessus ad ecclesiam ut digne æstimetur, perpendendum est, quibus mediis salutis, privilegiis, donisque gratiæ gratiosissimum Numen eamdem donaverit. Considera modo, quid statim baptismus, per quem primum intromissio fit, conferat. Paucis hic multa complexus est venerab. Beda*: *Descendit, inquit, in fontem peccator, purificatus ascendit: descendit filius mortis, ascendit filius resurrectionis: descendit filius prævaricationis, ascendit*

B

scendit

*Lib. I. cap. III. in Joh. cit. Jo. Gerhard, tom. IV. loc. theol. loco de baptismo §. 106.

ascendit filius reconciliationis: descendit filius iræ, ascendit filius misericordiæ & descendit filius diaboli, sed ascendit filius Dei. Ita certe est. Nascimur peccatorum sordibus infecti; per baptismum renati, immunditiis sumus purgati omnibus. Nascimur averſi a vita, quæ ex Deo est, renati vita ſpiritali donati ſumus. Nascimur hoſtes Dei, ſed per baptismum renatos idem in gratiam recipit. Recipit nos Pater, ut filii evadamus: e poteſtate tenebrarum erepti, in regnum Filii Dei transferimur: donamur Spiritu ſancto, qui nos, accenſa in cordibus fide, participes reddat omnis & gratiæ, & gloriæ. O! ter quaterque beatos, quibus tum ad baptismum, tum ad eccleſiam, proxima via patet! Patere non ſtatim modo, ſed & maxime Chriſtianorum natis, certum eſt. Nolumus hic quærere, ſuſeque edifferere, quænam prærogatiæ ſint infantum chriſtianorum, ſine baptiſmo decedentium, quamvis nec leves illæ.

Verum enim vero gratulandum porro eſt iis, quibus licuit tam eſſe felicibus, ut nanciſcerentur parentes, veram amplectentes & evangeliſcam fidem. Novimus enim, extra veram eccleſiam nullam eſſe ſalutem, quum ſit unica fides, quæ ſalvificat. Nil ergo juvat, fidem profiteri alienam, falſumque Deo cultum exhibere; immo potius nocet, quum ſanctiſſimo Numini omnis religio perverſa non poſſit non maxime diſplicere. Vera hominum felicitas eſt, ut ſint in ſocietatem eccleſiæ veræ, hoc eſt, evangeliſco-Lutheranæ admiſſi. Denique, quum in hac vita zizania una cum tritico creſcat, hoc eſt, cœtui eccleſiæ adhuc impij ac hypocritæ admiſti ſint: multum quoque, immo plurimum refert, iis præſertim natum eſſe parentibus, qui vera ac infucata fide pietateque Deum colant. Parentes enim pii quid præſtant? Nonne indefeſſis precibus Deo natos ſuos offerunt? Offerunt cum Jobo, quoties, & ſeculi, & ſuo ipſorum genio nimium eos indulgere, timent: offerunt, ſicut Abrahamus Iſmaelem ſuum, ut vitam iſtis, omniaque bona concedenda expetant. Horum vero parentum preces quid præſtant? Nonne, ut bene ſit natis, & vel perditiffimi ad frugem meliorem redeant, exemplo Auguſtini, cuius certe parens, pia illa *Monica*, precibus ſuis obtinuit, ut hic ex juvene, maxime diſſoluto, tandem lumen eſſet eccleſiæ. Recte enim d. *Ambroſius*, *Monicæ lacrymas precesque videns, pronunciavit, fieri non poſſe, ut filius tantarum lacrymarum periret. Quare & ipſe filius deinceps de optima parente hæc prædicavit:** *Majori ſollicitudine me parturiebat ſpiritu, quam carne pepererat; parturiebat carne, ut in hanc vitam naturalem naſcerer, corde, ut in æternam lucem naſcerer.* Præterea parentes, ſi pii ſunt, non modo id agunt, ut optimo natis exemplo præeant, ſed & omni ratione alia, de iisdem & recte inſtituendis, & probe educandis ſollicitiffimi ſunt. Immo &, pluribus modis pietatem parentum liberis cedere benedictioni, dicendum eſt. Videmus itaque, quantæ felicitatis ſit, habere parentes chriſtianos, veræ fidei addictos, & pios. Atque, quum talibus omnino, quales jam deſcripſimus, parentibus gaviſa ſit Noſtra Beata, habuit certe, de quo ſibi gratulari potuit.

Nec poſſumus nos, quin hanc ejus felicitatem ulterius quoque deprædicemus. Adeo pii parentes curam filiolæ non neglexerunt, ut potius omni prudentia, ac debita ſollicitudine

* *Auguſtin. Confess. lib. V. cap. 9. lib. IX. cap. 8.*

ne eam observarent, sumtusque facerent promptissime, donec ista sua non certissimum modo, sed & eximium sexus sui decus existeret. Quantum igitur fuit, quod nata gignentibus debuit! Hoc scilicet, ut non viveret tantum, sed quoque viveret bene. Spiritum ducere, communi aura frui, actus vitales patrare, nutriri, sentire, movere sese, & quæ huc pertinent alia: ea vero vitam hominis non constituunt. Prudenter vero ætatem degere, temporibus uti, actus patrare, ex quibus tum ad nos, tum ad alios larga commodorum messis proveniat, caste integreque in terris versari: ea demum vera vita dicenda est. Hinc parum debemus parentibus, a quibus illa quidem, hæc non item, adcipimus: nisi forte alia intercedat ratio, quæ eos excuset, quod alterutrum tantum, non utrumque dederint. Contra vero & pluribus modis, & maxime obligati, devinctique illis sumus, qui non modo, ut vivamus, sed &, ut bene, ut pie, ut rationi convenienter vivamus, effecerunt.

At Nostra, triste dictu! annum tantum agens duodecimum, dulcissima sua parente fuit orbata, siquidem hæc, III. iduum martii anni MDCLXXXI, beata morte decubuit. Ludit in humanis divina potentia rebus. Orbatur filia matre amantissima, &, quæ ipsius intensissimam gesserat curam: orbatur eadem admodum puella, ecque ætatis tempore, quo vel maxime adhuc tali morum formatrice indigebat. Verum ita tunc Deo visum: Qui, quum vel minus ex nostris votis, de nostris disponit fati, pro sua tamen summa agit sapientia, in cujus sapienti admiratione nobis subsistendum est. Ceterum nunquam non acta Dei exitus probat, eumque ita semper agere significat, ut respiciat finem, nominis sui gloriam, hominumque salutem.

Jacturam quoque Nostræ suam ita refarsit, ut, substituta ea, quæ matris vices exacte sustineret, non decessisse parens, sed aliquantisper recessisse videretur. Quam enim, ad secunda vota transiens Pater, domum duxit Nobilissimam quondam, ac Virtuosissimam Matronam, MARGARETHAM SCHORAUER, Viri Præ-Nobiliss. ac Consul-tiss. DN. ALBERTI SCHORAU, J. U. D. & causarum Patroni filiam: ea quidem, ut marito lectissima conjux, ita singulis privignis optima noverca extitit. Ergone impium est, omnes sine discrimine novercas inculcare, omnique lacerare injuria? Ipsum novercæ nomen a voce *novus* & verbo *ἐπιζευ*, latine *erciscere*, seu potius *herciscere* derivatum atque compositum volunt, ut sit noverca quasi *nova divisio domus*. * Quod porro sic interpretantur, rixis & altercationibus aperiri januam, introeunte noverca. Quem quidem in modum *Stobæus*: ** *Qui, inquit, liberis suis novercam superinduxit, non honore dignus, sed infamis sit, utpote dissensionis auctor domesticæ.* Quid denotet

B 2

VOX

* conf. *Christian. Beermannus* in originib. lat. linguæ p. 584. ** *Jo. Sam. Adams* corn. cop. tom. I. p. 1242.

vox barbara, *novercari*, quidque sibi velint loquutiones proverbiales, quibus nunc odium *novercale*, nunc *novercalia delinimenta* adpellant, nunc & apud *novercam* queri dicunt, vel in vulgus notum est. * Similis est phrasis & quæstio illa *Senecæ*: *Quem nec noverca potuit, hunc perimes?* Immo & vernacula nostra dicimus eum, qui genium defraudat, suo ipsius palato *novercam* esse, et *sey seinem Munde eine Stief-Mutter*. Quæ quidem omnia eo comparata sunt, ut *novercarum* laudem obterant. Sed num recte? Equidem, nos minus negamus, *novercarum* longe plurimas eas esse, quas vituperes. Hinc *Arfinoarum*, *Olympiadum*, *Hippodamearum*, *Ironum*, *Martinarum*, *Faufstarum*, aliarumque frequentia occurrunt in historiis exempla. ** Recteque *Bapt. Mantuanus*:

Rara avis est natis clemens & justa noverca:

Hanc, opus est, magno vincier obsequio.

Interim vero tantum abest, ut nulla *noverca* bona sit, ut potius multæ sint optimæ, quæ privignis ita prospiciunt solícite, ut nec amantissimæ matres solícitius. Exemplum jam laudavimus laudatissimæ feminae, quam *DEus*, pro singulari sua, erga juvenem *Knesebeckiam*, benignitate ac providentia, in alteram ipsi matrem voluit concessam.

Hujus cura multum *Nostra* virtute crevit, eaque cœpit esse, quam se per omnem deinceps vitam, & subinde quidem magis demonstravit. Triplex præsertim genus virtutis est, ad quod reliquæ omnes, quæ sexum sequiorem ornant, commode referuntur: primum constituit pietas, alterum elegantia morum, tertium vero studium rei domesticæ. Ut femina sit imperfecta, sufficit, si aut una harum virtutum desit, aut singulæ, vel etiam una quædam, non satis colantur. Quodsi vero omnes eas non modo conjunctas femina habet, sed & debite exercet, judicamus hanc & jure suo, & nunquam ferme satis laudandam. Cujus quidem laudis & studiosissima fuit *Nostra*, satisque feliciter ad eam contendit. Quotquot enim illam aut pristinis, aut novissimis noverunt temporibus, testantur, piam fuisse, parentes reveritam, fratres atque sorores amasse, familiam reliquam coluisse, & quorum posset, libenter intersuisse commodis. Multum porro morum & honestate se, & suavitate commendavit, quum esset comis erga omnes, ejus, quod decet, observantissima, casta, pudica. Rem denique familiarem & sedula addidicit, & prudenter summaque sedulitate administravit, præsertim mater familias facta. In omnibus sibi constitit, bonis se bonam probavit, nec a tramite recti se divelli passa. *

Præstantissimæ autem dotes ipsius num vel latere poterant, vel aliorum sibi favorem minus conciliare? Scilicet, est hoc virtuti proprium, ut multa habeat invitamenta, hominum-

* conf. tamen *Erasmi Roterod.* Adagia. num. 43.

** *P. Laurenbergii* *Acerria* philol. cent. VII.

numque animos, suavi quadam vi occupatos, ad se pertrahat. Itaque factum est, ut Vir Præ-Nobilissimus quondam, atque Prudentissimus, DN. HANS GÖLSEMANN, Mercator in civitate nostra florentissimus, dehinc quoque Senator reipubl. gravissimus, optimeque meritis, mentem ad rem uxori- am adpellens, præ aliis Nostram, quum & virtutum ejus ocu- latus testis extitisset, ambiendam sibi judicaret. Ambiit ergo honeste, nec irritò successu; quippe qui dignus omnino erat, cujus amori amore lectissima Virgo responderet. Pactio nupti- alis A. O. R. MDCXCV, die II Julii celebrata solemniter, suavif- simateque uxor domum ducta fuit. Quam huc usque vixerat vitam, ea, si, quæ res sit, dicatur, ita fuit comparata, ut se ad aliud vitæ genus, rei- publicæ magis fructuosum, præpararet. Nec enim virgines, & quæ cœ- libatum degunt, in rebus publicis tantum in censum veniunt, quantum omnino uxores, quas cum in mutuum adiutorium, tum maxime, ut libe- ros procreemus, ducimus. Itaque Nostra finem obtinuit. Nec satis dici potest, quantum utilitatis in re familiari marito adtu- lerit: cujus & in reliquis vitam, quantum in se erat, reddidit beatam. Namque amanter & conjunctissime vixerunt.

Nequid autem ad finem, eumque primarium, obtinendum deesset, DEUS, quæ singularis ejus fuit gratia & benedictio, conjugium hoc maxi- me fœcundum esse iussit. Sex enim vicibus Nostra felicissime pe- perit, suavissimosque & suavissimas natos natasque adpellavit CHRISTIANVM JOHANNEM, natum Anno MDCXCVI, opti- mum juvenem, & mercaturæ, dum viveret, operam strenue navantem, quem tamen anno seculi currentis XVII acerbè flevit. Quum enim Lu- beca mari proficisceretur Calmariam, subsidente nave, cum omnibus, qui simul vehebantur, undis abreptus & submersus est.

ANNAM MARGARETHAM, anno MDCXCIX in lucem editam, annoque seculi nostri XX *Viro Præ-Nobiliss. & Experientissimo*, DN. JO- HANNI BERNHARDO QVISTORPIO, *Med. Doctori Celeberrimo, & Pra- ctico Urbis nostræ felicissimo*, elocatam, *Matronam Præstantissimam, & omnibus, quæ suum sexum & decent, & ornant, virtutibus summe conspicuam.*

WENDVLAM, inde ab anno MDCCI aura vitali fruitam, sed anno seculi VIII extinctam.

GEORGIUM, qui anno MDCCIV in vitam introiit, jamque per gra- tiam DEI floret Negotiator, & Civis Rostochiensis, primarius ac præstan- tissimus.

SOPHIAM, parentibus anno MDCCVII concessam, cœlitibus vero adscriptam anno seculi X. Et denique

HANS GASPARVM, natum anno MDCCX, sed anno sequenti jam denatum.

Tam igitur fœcunda, tamque felix mater extitit, ipsa fœ- cunditate sua marito gratissima. Equidem non omnis matrimonii felicitas, a procreatione liberorum pendere, judicanda est, quasi omne, quod

C

quod fecundum est conjugium; idem sit felix; infelicissimum autem, quod sterile. Immo vero matrimonium improle, si jucunditate ea, immo & utilitate caret, quam procreatio sobolis adfert, caret quoque omni molestia, cura atque tristitia, quam eadem adjunctam sibi certissime habet. Namque

Sunt mala mixta bonis, sunt bona mixta malis.

Profecto, multi parentes, si liberos non procreassent, feliciores extitissent, quam, quum habuerunt. Quare vel per ipsam sterilitatem sapientissimum Numen conjugibus de felicitate sua prospicit; fecundorum autem gaudia fecunda temperat dolore. Interim tamen liberos, singulari quadam ratione, in adeptis DEO referendos, quis neget?

Beata vero nostra vel ultra adhuc, quam enarravimus, benedictione divina, in augenda sua splendida Familia, lætata est, videns quoque nepotes neptesque. Honoratissima enim Filia, Viro, quem modo laudavimus, DN. Doct. QVISTORPIO, nupta, peperit, & osculandas dedit MARGARETHAM ELISABETHAM, Virginem lectissimam, & ANNAM SOPHIAM, beata tamen jam functam morte. Dedit & osculandos JOHANNEM BERNHARDVM, JOHANNEM GEORGIVM, JOHANNEMque CHRISTIANVM, Parentum Gaudia. Filius autem, GEORGIUS, ex suavissima, quam duxit, uxore, *Præ-Nobiliss. ac Virtuosiss. Matriona*, HEDVIGE DOROTHEA *WUËL*, *Viri Præ-Nobilissimi, Ampliss. ac Prudentissimi, Domini JOACHIMI WUËL, Reipubl. Rostochiens. Consulis longe meritissimi & dexterrimi*, filia suscepit charissimam prolem, MARGARETHAM ELISABETHAM, HANS JOACHIMVM, & GEORGIVM, qui tamen beata iterum morte aviam præcesit.

Hæc illa prospera atque fausta, quæ, pro immensa sua bonitate, DEUS Nostræ in hac vita largiri voluit. Sed num dulcia tantum, nonne gustavit amara? certe gustavit. Nonne luxit filium, fato vel tristissimo sibi ereptum? Nonne natum alium, & natas quoque? Nonne & neptem, atque nepotem? Quam fuit amarum, illos illasque amittere! Non nesciunt christiani parentes, liberos, depositi instar, DEO esse reddendos, qui potiori suo jure de his pronunciet, quod de suis nepotibus neptibusque Laban Jacobo: *filia, inquit, sunt filie meæ, filii sunt filii mei!** Interim, quid luctuosus morte liberorum, pignorum illorum amoris? Sed luctuosior adhuc mors, ipsa dulcissimi conjugii vincula dissolvens. O! igitur annum funestum, tristem, longeque luctuosissimum, seculi præsentis XXXIII, qui ita cœpit, ut ipse dies primus emortualis esset B. GOLTERMANNI, mariti, quem ita Nostra dilexerat, ut non posset magis! Verum, simul ac primum, adcedente benedictione sacerdotali, junguntur neo-nymphi, hæc

* Gen. XXXI, 43.

competentia DEO, mortique expresse reservantur, ut, quum DEO fuerit visum, per mortem contingat divortium. Præterea bene notavit *Nostra*, nostrum esse, ut mala æque, ac bona, duriora, ac felicia, a DEO forti animo & patienti adcipiamus.

Hic autem pergendum ad ipsa suprema vitæ, qua *Nostra* defuncta est, mortemque, qua b. maritum anno præsentî MDCCXXXVIII, die XI Septembris, est sequuta. De prodromo mortis non nos exponemus, sed differat potius Optimus Gener Beatæ nostræ, Vir ante laudatus, *Experientiss. atque Amplissimus, DN. Doct. J. B. QVISTORPIVS, Fautor & Amicus noster Honoratissimus*, qui ita:

Ad morbum B. D. quod attinet, erat Ascites, quæ per dimidium ferme annum varias excitaverat molestias, à vasorum Lymphaticorum obstructione oriunda; dum enim ab humore aliquo viscido & crasso occluduntur, humor serosus, quæ alias ad Chyli receptaculum ferri consuevit, retrorsum ire cogitur, ac reverberatus partes unde veniebat, intumescere facit, quæ indies in altitudinem elevantur, donec nimium prægravatæ tandem rumpantur, & sic serum in abdominis cavum nullo negotio effluit. Ita pedes non solum intumuerunt, verum in infimo ventre & femoribus insignis intumescentiæ aquosa, imprimentiæ vestigia firmiter retinens, murmurantis ac fluctuantis aquæ sonitus, apertissimum hydropis indicium manifestans: præterea pulsum habebat subinde febrilem & frequentiore, urinam admodum paucam turbidam tamen & subrubram reddebat, de inappetentiâ ciborum, siti, vigiliis continuis, totiusque corporis lassitudine & langvore conque- rebatur. Quamquam vero adhuc morbum debellandum, omnem adhibui operam variaque præscripsi remedia, successum tamen optatum obtinere minime potui.

Quapropter omnibus tandem exhausta viribus inter preces & lacrymas adstantium animam suam Creatori omnipotenti reddidit & ex hac fugacissima vita in æternam & immutabilem beate migravit. Sit memoria ejus in benedictione!

Igitur jam ex longinquo tempore corporis imbecillitate *Nostra* fuit tentata, donec tandem lecto adfixa jaceret. Confert DEus nobis & ejusmodi beneficia, quæ nos non protinus inter beneficia referimus. In his morbi sunt. Quæ quum corpora nostra & vexent, & destruant, videntur sane, mali quid secum portare; sed, si propius rem examinemus, deprehendimus, eximium morbos nobis præstare usum. Bene *Job. Gerhardus*: * Morbi, inquit, & calamitates sunt adminicula pœnitentiæ, precum incitantia, patientiæ exercitia. Profecto DEI, morbos immittentis, intentio

C 2

est,

* Tem. V. locor. theol. §. 256. p. 541.


est, ut nos, agnita tum mundi vanitate, tum nostra fragilitate, vita item quam egimus, probe excussa, toti ad eum convertamur. Felix æger est, ad eundem finem qui contendit: quemadmodum, quæ DEI gratia est, multos eum obtinere, condocet læta experientia. Nec de Beata nostra aliter adcepimus, quam, ei morbum ita profuisse, ut subinde magis fidem suam, pietatem, atque patientiam & exerceret, & demonstraret. Quum invalesceret morbus, ipsaque, finem vitæ adpropinquare, sentiret, sacra Coena uti desideravit, prospectura non corpori magis corporalibus remediis, quam quidem animæ medicina spirituali. Itaque rogatus accessit *Vir summe Reverendus, Ampliff. atque Excellentiss. DN. M. PETRUS BECKERUS, ad Ædem d. Jacobi Pastor Vigilantiss. & Matthes. Prof. Publ. Celeberrimus, Fautor, Collega, & Adfinis noster Æstumatissimus*: Qui simul, ut solet, multa ad roborandam fidem dixit, ipseque testis extitit, quomodo *Nostre* beatæ morti esset præparata. Digna sunt sæpe ultima morientium verba, quæ notentur, inque aliorum singularem ædificationem ac usum dispensentur. Referenda inter hæc jure videntur, quæ Beata nostra, sacra synaxi nunc salutariter usa, ad suos ita loquuta est: *Es hielte sie nunmehr nichts in der Welt mehr auf: Sie wolte sich in die Hände des getreuen Gottes befehlen, es möchte gehen zum Leben, oder Tode: Sie hätte mehr Gutes von der Hand des Höchsten empfangen, als sie würdig gewesen. Ad Deum verba faciens, hæc sæpius adhibuit: Hilf Helfer! hilf aus Angst und Noth ꝛc. Mach End, o! Herr mach Ende ꝛc. Wie lang soll ich vergeblich klagen ꝛc. Optimum imprimis Servatorem his compellavit: Herr Jesu nimm mich zu Dir ein ꝛc. Wann ich einmahl soll scheiden ꝛc. Donec tandem, præsentem iterum Viro Religiosissimo, quem modo laudavimus, eodemque ultimam benedictionem impertiente, pie beateque Deo redderet animam. Repetimus hic superiora: *Sit ejus memoria in benedictione!**


Nostrum autem erit, *CIVES ACADEMICI O. O. HONORATISSIMI, beatæ Defunctæ*, quum hodie corpus examine terræ mandandum est, ultimum honoris & amoris officium haudquaquam denegare. Vos igitur omnes atque singulos ea, qua par est, humanitate volumus rogatos, velit solemnina exequiarum, comitatu Vestro honoratiori & frequentiori solemniora reddere.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus,
Die XXIII Septembris A. O. R. MDCCXXXVIII.

Conventus fiet in templo Jacobæo ad horam primam.







LBMV Schwerin 33
000 195 545





observarent, sumtusque facerent promptissime, do-
na non certissimum modo, sed & eximium sexus
existeret. Quantum igitur fuit, quod nata gignenti-
t! Hoc scilicet, ut non viveret tantum, sed quo-
et bene. Spiritum ducere, communi aura frui, actus vi-
e, nutriri, sentire, movere sese, & quæ huc pertinent alia: ea
hominis non constituunt. Prudenter vero ætatem degere,
uti, actus patrare, ex quibus tum ad nos, tum ad alios larga
m messis proveniat, caste integreque in terris versari: ea
a vita dicenda est. Hinc parum debemus parentibus, a qui-
em, hæc non item, adcipimus: nisi forte alia intercedat ra-
excuset, quod alterutrum tantum, non utrumque dederint.
& pluribus modis, & maxime obligati, devinctique illis su-
n modo, ut vivamus, sed &, ut bene, ut pie, ut rationi conve-
amus, effecerunt.

ostrea, triste dictu! annum tantum agens duode-
sua parente fuit orbata, siquidem hæc,
anni MDCLXXXI, beata morte decubuit.
divina potentia rebus. Orbatur filia ma-
t, quæ ipsius intensissimam gesserat cu-
m admodum puella, eoque ætatis tem-
ne adhuc tali morum formatrice indigebat.
um: Qui, quum vel minus ex nostris votis, de-
pro sua tamen summa agit sapientia, in cujus sa-
bis subsistendum est. Ceterum nunquam non
umque ita semper agere significat, ut respiciat fi-
am, hominumque salutem.

que Nostræ suam ita refarsit, ut, substituta
es exacte sustineret, non decessisse parens,
cessisse videretur. Quam enim, ad se-
ens Pater, domum duxit Nobilissimam
tuosissimam Matronam, MARGARE-
TAM, Viri Præ-Nobiliss. ac Consul-
TI ESHORNI, J. U. D. & causarum
quidem, ut marito lectissima conjux, ita
optima noverca extitit. Ergone impium est,
novercas incusare, omnique lacerare injuria? Ip-
voce *novus* & verbo *ἐπιζῆω*, latine *erciscere*, seu po-
n atque compositum volunt, ut sit noverca quasi
Quod porro sic interpretantur, rixis & altercatio-
introeunte noverca. Quem quidem in modum
uit, *liberis suis novercam superinduxit, non honore
utpote dissensionis auctor domesticæ.* Quid denotet

B 2

VOX

in originib, lat, linguæ p. 584. ** Jo. Sam, Adami corn. cop.

